

MISZELLEN ZUR MITTELALTERLICHEN LATEINISCHEN GRAMMATIK.

Jan Pinborg.

Ein frühes Compendium modorum significandi.

In der Handschrift Laon 465, aus der Ch.Fierville im Jahre 1886 einige grammatische Texte herausgegeben hat¹, findet sich auf f.59-60 ein kleines Compendium modorum significandi, von einem gewissen Vincentius Heremita verfasst. Dieses Compendium ist ziemlich primitiv, und seine Definitionen sind oft unklar. Dennoch kommt ihm eine gewisse Bedeutung zu, weil es eine frühe Tradition der Modi significandi zum Ausdruck bringt. Wahrscheinlich ist es um 1260 entstanden, d.h. nach den grossen Priscian-Kommentaren des Robert Kilwardby, aber vor den eigentlichen modistischen Schriften des Martinus und Boetius de Dacia². Ich gebe hier den Text in extenso.

COMPENDIUM MODORUM SIGNIFICANDI A VINCENTIO HEREMITO COMPOSITUM.

Quoniam ut dicit Boetius docilem reddit scriptura, qui plura sub compendio comprehendit, tractaturi de modis significandi, qui reperiuntur in dictionibus et partibus orationis, per quos modos dictiones reponuntur sub specie partis et inter se ad invicem construuntur, primo scire debemus, quod artis cuiuslibet principia sunt minima quantitate sed maxima potestate, et ignoratis principiis necesse est artem ignorare, tamen illis cognitis non propter hoc totaliter est ars scita. Ad quorum notitiam est sciendum, (f.59rb) quod in mundo duo sunt, scilicet res et voces. Res habent se per modos essendi, ex quibus resultant in dictionibus modi intelligendi; dictiones autem et voces habent in se significata et consignificata et modos significandi sumptos proportionaliter ex modis essendi. Igitur modorum significandi alii sunt generales, alii speciales, specialium alii essentialia, alii accidentalia. Item essentialium alii essentialia generales, alii essentialia speciales. Essentialia generales sunt, qui diversis partibus competunt, et pro tanto generales dicuntur, quia diversis conveniunt. Essentialia speciales sunt, qui partem distinguunt a parte.

¹ Ch.Fierville: Une grammaire inédite du XIII^e siècle. Paris 1886. - Für die Einordnung dieser Texte in der mittelalterlichen Tradition, vgl. auch R.W.Hunt: Hugutio and Petrus Helias. Mediaeval and Renaissance Studies II (London 1950) p.174-178.

² Vgl. Jan Pinborg: Die Entwicklung der Sprachtheorie im Mittelalter. Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters XLII,2 (1967) p.60ff.

Viso de modis significandi partium orationis in generali de ipsis videamus in speciali. Primo de nomine et sic deinceps. Modus igitur significandi essentialis generalis nominis est significare per modum habitus et quietis, id est per modum substantie. Licet enim nomen adiectivum non significet primo substantiam, tamen significat per modum substantie. Et iste modus significandi reperitur coequalis in quolibet nomine. Modus significandi pronominis est significare per modum substantie sine distincta qualitate, et hoc est ad differentiam nominis, quod significat cum distincta qualitate. Modus significandi, qui reponit verbum sub specie partis, est significare per modum motus distantis a substantia; et hoc dicitur ad differentiam participii, quod significat per modum motus non distantis a substantia. Modus significandi in adverbio est determinare verbum absolute, quia non habet maiorem respectum ad unum verbum quam ad aliud (f.59va). Modus significandi in participio est significare per modum motus non distantis a substantia; nam in eodem vocabulo reperitur actus et substantia, quod apparet resolvendo 'currens' = 'qui currit', et sic de aliis. Modus significandi in coniunctione est dicere modum vel circumstantiam extremorum, quia inventa est quout uniat duo extrema. Modus significandi in prepositione est dicere circumstantiam casualis. Modus significandi interiectionis est determinare respective verbum. Et isti modi significandi partium orationis essentialis generales sunt, qui non operantur¹ ad constructionem propinque, sed modi significandi speciales.

Est etiam duplex modus significandi in qualibet parte orationis, scilicet modus significandi essentialis generalis et modus significandi essentialis specialis, ut in nomine modus significandi specialis est substantive vel adiective significare, in verbo est significare per modum finiti intra et finiendi extra et cetera.

Et nota, cum grammaticus in oratione querat duo, scilicet congruitatem et perfectionem, quod modi intelligendi causant perfectionem, modi vero significandi congruitatem, sicut inferius apparebit. Isti autem modi aliquando conveniunt, aliquando discrepant, et per hoc orationes diversimode variantur, quia orationum alia est congrua et perfecta, alia congrua et non perfecta, alia perfecta et non congrua.

Igitur sicut ex premissis elicitor: modi essendi in via naturali precedunt modos intelligendi, modi intelligendi (f.59vb) modos significandi. Unde modi significandi in dictione sunt ad similitudinem modorum essendi, de quibus non est intentio presens, sed grammaticus versatur circa constructionem et orationem. Sciendum est, quod modi significandi magis secuntur vocem, id est dictionem, modi intelligendi magis secuntur rem. Unde scias, quod apud grammaticum duo sunt principia orationis, scilicet modi significandi, qui magis faciunt, id est causant, congruum, et modi intelligendi faciunt congruum et perfectum. Igitur congruum est

1. comparantur ms.

illud, quod in oratione magis contrahitur circa vocem et accidentia dictionum, perfectum est illud, quod magis attenditur circa rem et modos intellectuum. Et nota grosso modo, quod in via essendi perfectum precedit congruum, sicut dialectica precedit grammaticam in via naturali. Secus tamen est in via doctrinandi, quia sensus est via intellectus; nam voces sunt signa intellectuum sicut est de circulo ante tabernam. Itaque cum in oratione et constructione duo querat grammaticus principia, scilicet congruum et perfectum, perfectione constructionis et orationis pretermissa, cum causetur a parte intellectuum, de congruitate, quam primo querit grammaticus et principaliter, finaliter et sub brevibus (f.60ra) verbis breviter et utiliter est videndum. Igitur cum in qualibet dictione, que est pars orationis, que constructionem ingreditur, quinque sunt per ordinem inquirenda: Primum est vox, que imponitur ad significandum. Secundum est significatum generale, quod dictio vel vox imponit. Tertium est modus significandi essentialis generalis, qui ut patuit ex predictis, reponit dictionem sub specie partis. Quartum est modus essentialis significandi <specialis>, per quem dictiones sub specie partis differunt. Quintum est modus significandi accidentalis et consignificata et accidentia, quod idem est. Cum igitur constructio causetur ex convenientia reperta in dictionibus non constructis et illa convenientia sit causa efficiens construendi, queritur a qua parte precedit convenientia, per quam partes orationis ad invicem construuntur. Sed quia unumquodque melius scitur, postquam eius causas cognoscimus, constructionis discrepantiam ex eius descriptione causam quadruplicem habemus. Est igitur constructio constructibilium unio ex modo significandi causata, inventa ad affectum animi indicandum, in qua descriptione brevi et lucidi cause constructionis quatuor exprimuntur, scilicet causa materialis, formalis, efficiens et finalis. Pretermissis causis aliis de efficienti, que est causa precipua, videmus. Ad cuius rei notitiam (f.60rb) est sciendum, quod omnis constructio habet fieri per aliquam convenientiam, et hoc apparet in naturalibus: Boves vadunt cum bobus et aves cum suis similibus volant et sic de aliis. Ars imitat¹ naturam, ergo omnis unio artis fit per aliquam convenientiam. Sed constructio est artis unio, sicut patet ex eius descriptione. Ergo omnis constructio, que est constructibilium unio, fit et causatur per aliquam convenientiam reperta in constructibilibus. Sed in constructibilibus sunt duo vox et significatum et cetera. Igitur ab aliquo premissorum accipitur illa convenientia. Unde grammatici dicunt, quod 'congruitas' a gruibus traxit originem; grues enim aves sunt talis nature, quod una volant cum alie volant ad eius similitudinem vel convenientiam², et ita dictione ingrediente constructione aliquid iam debet sequi

1. univit ms.

2. Vgl. S.Skovgaard Jensen: Some Remarks on the Mediaeval Etymology of "congruitas and its Background. Fides quaerens intellectum. Festschrift Heinrich Roos (København 1964) p.60-65.

ad eius similitudinem seu convenientiam aliquorum existentium in constructi-
libus.

Unde causatur constructio, ostendo per ordinem, primo sic:

Si convenientia vocis esset efficiens seu principium construendi, tunc ubi
esset melior convenientia in nominibus, ibi esset melior constructio et maior
congruitas attendenda; et si sic, diceretur, quod melior via esset quam si dice-
retur 'deus est'. Sed istud est falsum, ergo primum.

Item significatum non est principium construendi, quia ubi esset maior conveni-
entia in significato vel in re significata, ibi constructio melior haberetur; et
sic melius diceretur 'cursus currit' quam 'homo currit'. Sed istud est falsum,
ergo et primum.

Item modus (f.60va) significandi essentialis generalis non est principium con-
struendi, quia si sic esset, cum omnia nomina habeant eundem modum significandi
essentialem generalem, eodem modo construerentur, et cum omnes casus participant
eundem modum significandi essentialem generalem, eadem ratione quam nominativus
susponderet et quilibet casus obliquus, quoniam quemadmodum bene dicitur 'magister
legit' ita bene diceretur 'magistrum legit'. Sed illud est falsum, ergo et primum.

Item convenientia in modo significandi essentiali speciali non est causa effi-
ciens construendi, nam tunc sequeretur, quod nomina substantiva solummodo con-
struerentur cum verbis substantivis et nomina adiectiva cum verbis adiectivis.
Sed istud est falsum, ergo et primum.

Ultimo modus significandi accidentalis non est principium construendi, quia
iam sequeretur, quod eadem ratione, quam nominativus nominis substantivi supponit
verbo, et ita nominativus nominis adiectivi, et ita sicut dicitur 'homo currit'
ita bene diceretur 'albus currit'. Sed istud est falsum, ergo et antecedens. No-
minativus vero nominis adiectivi non est aptus ad deferendum pro se actum verbi.

Solutio premissorum: Dicendum est, quod omnes partes orationis uniuntur¹ non
ratione vocis seu significati vel rei significate, sed ratione modi significandi
accipiendo communiter modum significandi ad modum significandi essentialem et ad
modum significandi accidentalem. Dico ergo, quod modus sic communiter acceptus
ad omnem modum est causa efficiens construendi. In aliqua enim constructione ex-
igitur tantum modus accidentalis, sicut in constructione verbi substantivi et
vocativi cum suo casu a parte post; nam substantivum et adiectivum possint addi,
sicut dicitur 'Sor est homo', 'Sor est albus'. In aliqua autem² exigitur ultra
hoc modus significandi essentialis (f.60vb) specialis, sicut in constructione

1. unaminiter ms.

2. enim ms.

suppositi cum apposito non solummodo exigitur convenientia in accidentalibus, sed etiam persestantia, que sit potens deferre actum verbi, et casus rectus cum modo finito. Insuper modus significandi essentialis generalis operatur ad constructionem, quia licet omnes modi speciales radicantur in generalibus, et ita licet modus significandi essentialis generalis non operatur ad constructionem <ut propinque, tamen operatur ad constructionem> radicaliter et remote.

Et hec nobis sufficiant de modis significandi quo ad presens.

Hic expliciunt modi significandi, quos composuit magister Vincentius Heremite.

Der Tractatus de figuris des Franciscus Pisanus.

Die Lehre von den Redefiguren wurde innerhalb der modistischen Grammatik des Mittelalters etwas vernachlässigt. Zwar wurden viele figurative Konstruktionen in den Sophismata erörtert, nur selten wurde aber der Versuch gemacht, eine systematische Aufstellung der verschiedenen Figuren zu erreichen. Diese Aufgabe war auch sehr schwierig; denn die aus der Spätantike überlieferten Figuren boten wegen der Kontamination der verschiedenen Traditionen ein ganz verworrenes Bild. An der Universität Bologna, die sich besonders stark um die "latinitas" kümmerte, finden sich Anzeichen, dass man dennoch diese Aufgabe aufgenommen hat. Ich habe früher auf die Handschrift Firenze, Biblioteca Nazionale, Conv.Soppr. B 1, 1500 hingewiesen¹. In dieser Handschrift findet sich auf f.147-158 (nach der Zählung Kristellers, Iter Italicum I p.154) ein Tractatus de figuris eines gewissen Magisters Franciscus Pisanus. Im Explicit wird dieser Traktat auf das Jahr 1425 datiert.

In der Einleitung zu diesem Traktat versucht Franciscus eine Systematik aller Figuren aufzustellen. Er kann sich dabei auf frühere Versuche stützen (vgl. Thurot p.233 ff. & 458 ff.), aber das Ganze zeigt eine nie früher erreichte Konsequenz. Das System lässt sich schematisch darstellen:

Subiectum	Vitia	Figure (die die entsprechenden vitia abhelfen).
vox	barbarismus	figure dictionis (Metaplasmus)
significatum	vitia annexa	figure locutionis (Tropus)
modus significandi	soloecismus	figure constructionis a) in poemate: (Scema) b) in sermone communi: (Alloteta) ²

1. Op.cit.p.200 ff.

2. Aus griechischem alloteta (Akk.) nach Priscian XVII,155 (GL III, p.183,21).

Als theoretische Leistung hat dieses System grosses Interesse. In der konkreten Anwendung stösst es aber auf grosse Schwierigkeiten. Erstens ist es nicht leicht, die Parallellität zwischen Tropen und *Vitia annexa* zu erfassen (vgl. Thurot p. 462-463). Zweitens ist die Unterscheidung zwischen *scema* und *alloteta* künstlich, insofern diese beiden Kategorien den Figuren des Donatus bzw. des Priscianus gleichgestellt werden.

Es zeigt sich dann auch, dass Franciscus im folgenden nur wenige Figuren, und zwar nur *figure constructionis*, behandelt. Von den acht erörterten Figuren sind fünf aus Priscian genommen (GL III p.183,21 ff.); sie gehören also alle dem *alloteta* des Paradigmas. Die drei übrigen sind zwar *scemata*, und stammen aus Alexanders *Doctrinale*; sie werden aber oft in Verbindung mit den fünf Figuren des Priscian in Verbindung gebracht (für *appositio* und *evocatio* vgl. Thurot p.466; für die *synecdoche*, ursprünglich ein *Tropus*, vgl. Thurot p.296).

Folgende Figuren werden von Franciscus Pisanus erörtert: *Prolensis* (f.148r), *Silensis* (f.150v), *Zeuma* (f.152r), *Simptosis* (f.154v), *Evocatio* (f.155v), *Appositio* (f. 156v), *Sinedoche* (f.157v) und *Antitosis* (f.158v). - Es verdient Beachtung, dass dieselben Figuren in fast derselben Reihenfolge in der im Handschrift zunächst folgenden *Quaestionenreihe* des Petrus de Forlivio erörtert werden.

Ich gebe anschliessend eine Transskription der Einleitung zum *Tractatus de figuris* des Franciscus Pisanus:

Tractaturi de figuris scire debemus, quod tria sunt in quacumque dictione, scilicet vox, significatum et modus significandi. Unde si committitur vitium circa vocem et sit excusabile, quia fiat in poemate, id est in autentico sermone, ornatus vel metri causa, appellatur metaplasmus, sub quo continentur multe species, que continentur in infradictis versibus¹. Si vero sit inexcusabilis, quia fiat in communi sermone non gratia metri vel ornatus, quod potest fieri tot modis, quod in versibus fit metaplasmus, tunc est inexcusabile, et appellatur barbarismus.

Si vero committitur vitium circa significatum et sit excusabile, quia fiat in poemate causa metri vel ornatus, tunc appellatur tropus, sub quo continentur multe figure, ut patet in Doctrinale et in Donato in Barbarismo. Si vero committitur vitium inexcusabile, quia fiat in communi sermone non gratia metri vel ornatus, tunc sunt decem vitia annexa barbarismo et soloecismo, scilicet pleonasmus, acirologia, cacosinheton, eclipsis, tautologia, amphibologia, tapinosis, macrologia, perissologia, ut patet per Donatum in Barbarismo. Que si fiant in poemate causa metri vel ornatus etiam sunt excusabilia et appellantur figure.

1. Vgl. p.19 oben.

2. Franciscus versucht also nicht, Tropen- und vitia annexa ganz zu parallelisieren (vgl. oben).

<Versus de metaplasms>

Prothesis apponit caput Auferesisque recidit
 Sincopa de medio tollit, quod Epenthesis auget
 aufert Apocope finem, quem dat Paragoge
 quam natura iubet producere Systole curtat
 Extasis [est] contra producit corripienda
 Sincesim facies duo si iunguntur in unum
 Dieresimque facit syllaba facta duo
 Eclipsis necat "m", vocalem sed sinalimfa
 Metatesis "Teucre", tamen Antitosis "canit olli".

Si vero committitur vitium circa modum significandi et sit excusabile, quia fit in poemate metri causa vel ornatus, tunc est scema, sub quo continentur multe figure, ut patet per Doctrinale et Donatum. Si vero sit excusabile, quia fiat in communi sermone aliqua rationabili de causa variando modos accidentales, tunc est alloteta, que continet sub se quinque figuras, scilicet prolensis, silensis, zeuma, sinptosis et antitosis. Si vero committitur vitium inexcusabile, quia fiat in communi sermone nulla causa ornatus vel metri vel alia causa rationabili excusante, tunc est soloecismus, qui tot modis potest fieri, quot scema et alloteta, et etiam habet alias species innominatas; tamen in aliquibus speciebus est tollerabilis in poemate, in communi vero sermone non.

Nota quod per predicta colligi potest, quod tres sunt figure, scilicet figura dictionis, que appellatur metaplasmus; figura locutionis, que dicitur tropus; et figura constructionis, que in poemate dicitur scema et in communi sermone alloteta. Et nota quod figura in generali sic diffinitur: Figura est vitium, tamen ratione excusatum. Et ista diffinitio competit figure locutionis, figure dictionis et figure constructionis. Sed figura dictionis per se sic diffinitur: figura dictionis est remedium consideratum circa iuncturam debitam vel indebitam litterarum in sillabis et sillabarum in dictionibus, quo ad potestatem harum et accentuum et tempora sillabarum. Et figura locutionis est remedium consideratum circa iuncturam debitam vel indebitam dictionum in oratione quo ad specialia significata dictionum et proprietatem sermonis. Et figura constructionis est remedium consideratum circa iuncturam debitam vel indebitam dictionum in constructione, quo ad proportionem et similitudinem modorum significandi dictionum¹.

Et nota quod decem vitia annexa barbarismo et soloecismo possunt tollerari in communi sermone, si fiant cum intentione dicentis, licet sint contra proprietatem sermonis, ut 'spero laborem' et 'timeo regem'. Sed si fierent preter intentionem dicentis, tunc reputantur vitia inexcusabilia. Sed barbarismus et soloecismus nullo modo possunt tollerari in communi sermone nisi in suis speciebus,

1. d.h. also "quo ad congruitatem".

cum fiant cum intentione dicentis; aliter vero non, quia nulla ratione excusari possunt.

Nota quod figura constructionis in quantum est alloteta potest etiam sic definiiri: Figura constructionis, id est alloteta, est immediata et intransitiva adiunctio dictionum in diversis accidentibus facta, aliqua rationali de causa...

Zum Sophisma "Amo est verbum" des Siger von Kortrijk.

In der Handschrift Vat.Ottob.lat. 2520 findet sich auf f.246r-252r eine Sophismata-Sammlung des Siger von Kortrijk¹, darunter auch ein neuer Textzeuge für das von Wallerand herausgegebene Sophisma "Amo est verbum" (Les Philosophes Belges VIII (1913) p.129-137). Der Text der Vatikaner Handschrift (V) ist etwas schlechter als der von Wallerand herangezogene Text der Pariser Handschrift (P). Dennoch gibt es in V einige Variante, die Beachtung verdienen. Ich gebe hier nur solche Variante an, die den Sinn des Textes beeinflussen:

- S.130 Z.9 Item: amo add. V.
 S.131 Z.4 Modus autem significandi activus
 S.131 Z.33 significandi: om. V.
 S.132 Z.12 Ista autem omnia: ista autem omnes P omnes isti modi V.
 S.132 Z.16 amorem: amationem V.
 S.132 Z.27 ordinem: ordienem P ordinem V.
 S.132 Z.29 sic: sicut P sic V.
 S.133 Z.6 orationibus: omnibus V.
 S.133 Z.26 aequivoco: aequivoce V.
 S.134 Z.32 haberetur: habet esse V.
 S.135 Z.17 secundis: adiunctis primis add. V.
 S.135 Z.18 entia: rationis add. V.
 S.136 Z.8 differunt: De hoc autem quod tactum ibi fuit in fine disputationis de verbo, qualiter logicus considerat veritatem et propositiones verificat, fuit tactum in illo sophismate "Omne verum et cetera"add. V. (cf. f.246v-248r Omne verum et deum esse differunt
 S.136 Z.13 praeter: praedicatum V.
 S.136 Z.16 nominaliter: materialiter V.

1. Vgl. Jan Pinborg: Three Unedited Sophismata of Siger of Kortrijk. *Classica et Mediaevalia* XXVI (1965) p.276-278.